



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

Oblatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

244 *Die Sabbati*  
ficent in sæcula.

*Luce. 15.* Beatus venter, qui  
te portauit, & vbera  
quæ suxisti. Beata vi-  
scera Mariæ Virginis,  
quæ portauerunt æterni  
patris filium; & beata  
vbera, quæ lactauerunt  
Christum Dominum.

---

O B L A T I O.

*Thaule-  
rus exor  
G. t. c. 24*

**P**roinde, benignif-  
sime Pater Domi-  
ni nostri Iesu Christi,  
supplices te rogamus,  
ac petimus, respice ex  
sublimi sanctuario tuo  
ad

ad filium tuum Iesum  
venditum, atque inimi-  
cis traditum. Vide utrū  
hæc tunica filij tui sit,  
an non. Nimirum fera  
pessima deuorauit eū;  
Sanguis peccatorum  
nostrorum aspersus est  
super vestimenta eius,  
& omnia indumenta  
eius inquinata sunt. Ex  
huius ergo passionis  
thesauro mutuo acci-  
pio pretiū debiti mei,  
& illius merita omnia  
numero tibi pro omni  
debito meo. Quicquid  
enim ipse fecit, in mea  
vtique natura, & pro

L 3 me

246 *Die Sabbati*

me operatus est. O clemētissime Pater, si peccata mea omnia in statera appendas posita è regione passionis filij tui, vincantur prorsus illa ab ista. Quod enim tantū sit facinus, quod non diluerit innoxius sanguis filij tui? Quæ tam effrænis, ac effrata elatio, inobedientia, & cupiditas, quã tanta non aboleat humilitas obedientia, paupertas? Hæc est ergo conciliatio mea. O benignissime pater, suscipe actus dilecti filij tui, & da veniam

niam erratis nequam  
 serui tui: quandoqui-  
 dem sanguis insons A-  
 bel fratris nostri cla-  
 mat ad te de cruce, nō  
 ultionem postulās, sed  
 gratiam, & misericor-  
 diam, dicendo, Pater  
 ignosce illis, quia ne-  
 sciunt quid faciunt.

---

P E T I T I O .

**T**E ergo per illum, *S. Aug. Medit. cap. 17.*  
 qui suis dilectori-  
 bus vitæ municipium  
 promittens, suis disci-  
 pulis dixit; *Ioan. 17.*  
 Quodcun-  
 que